



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 24. Rex a Polonis ad jusjurandum compulsus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

§. XXIV.

Sacul. XV.
A. C. 1449.*Rex a Polonis ad jusjurandum
compulsus.*

Nihilominus Polonis bene visum est, ut eum Regem esse tolerarent, ne discordia gliscente Regnum tum bellis exteris, tum turbis domesticis infestaretur. Quocirca rem usque ad annum millesimum quadringentesimum quinquagesimum tertium protraxerunt, quo tandem Rex facta a Proceribus in eum conspiratione juramenti fidem, qualem petebant, præstare compulsus est. Quod vero dissidium Sbigneum inter, & Ladislaum attinget, cum rursus comitia Regni haberentur, Proceres sanxerunt, ut Sbigneus principem locum in Senatu obtineret, eoquod tam Cardinalitia, qua insignitus erat, dignitas, quam auctoritatis, ac meriti amplitudo hancce prærogativam ei vendicarent, deinceps vero, nullus perpetuum legationis Apostolicæ honorem, atque privilegia, Rege ac Senatu inconsultis, peteret, aut usurparet.

§. XXV.

*Bellum Germanicum inter Marchionem
Brandenburgensem, & No-
rimbergenses.*

Atrocius longe dissidium exortum est
R 2 in